









Scripta publica Vitteb. 1768

1. Bose, Ad. J.: differentia 1768  
 2. Hiller, J. J.: de cautionibus 1770  
 3/4. Tempel, J. C.: monumenta 1781/2  
 5. Boehmer, J. P.: Species 1788  
 6, 12. " " de plantis 1. 2. 1789/90  
 7. " " Dispositio " "  
 8. Leonhardi, J. P.: Commentatio 1790  
 9. Poschwitz, J. F. D.: Semiologia .  
 10/11. Nuernberger, C. F.: apoplexia .  
 12. " " " " " "  
 13. " " " " " "  
 14. " " " " de militibus 1793  
 15-17. Schlausner, J. F.: Observationum p. 2-4. 1796-98  
 18. Titius, S. K.: Interpretatio 1797  
 19-21. Schlausner, J. F.: Sylloges p. 1. 2. 3. 1799-  
 22. Kreyzig, F. L.: Observationes 1801  
 22<sup>a</sup>. " " peripneumonia "  
 23/4. Ermel, J. F.: Acta (Monumenta) 1800/01

Scripta publica Lipsiensia 1622-1799

41. Quitschreiber, G.: praeccepta. Jenae 1606  
 42. Weigel, E.: Methodus " 1673  
 43. Meditatio natalitia " 1735  
 44. Cellarius, L. F.: Quaestiones. " 1776  
 45. Schwarz, J.: prolegomena. Rintellii 1771  
 46. Quistorp, J. N.: Lutheranismus. 1704  
 47. Dannhauer, J. K.: Colluvies 1665



Aug VI 176

(1)



Scripta publica Vitel. 1768

1. Bose, Ad. J.: differentia 1768  
 2. Hiller, J. F.: de cautionibus 1770  
 3/4. Tempel, J. C.: monumenta 1781/2  
 5. Boehmer, J. P.: Species 1788  
 6, 12. " " de plantis 1. 2. 1789/90  
 7. " " Dispositio "  
 8. Leonhardi, J. S.: Commentatio 1790  
 9. Possewitz, J. F. S.: Semiologia "  
 10/11. Niernberger, C. F.: apoplexia "  
 12. " " " "  
 13. " " critica "  
 14. " " de militibus 1793  
 15-17. Schlausner, J. F.: Observationum p. 2-4. 1796-98  
 18. Titius, S. K.: Interpretatio 1797  
 19-21. Schlausner, J. F.: Sylloges p. 1. 2. 3. 1799-  
 201  
 21. Kreyzig, F. L.: Observationes 1801  
 22. " " peripneumonia "  
 23/4. Ermel, J. S.: Acta (Monumenta) 1800/01

Scripta publica Lipsiensia 1622-1799

25. Himmann, Z.: Evidenzerologie 1622  
 26. Calovius, A.: loci 1670  
 27. De Rom. ecclesia 2. 1768  
 28. Scharfenberg, J. S.: de consensu 1780  
 29-36. Erasmus: Autographa 20, 21, 23, 25-29. 1795-99

Scripta publ. variorum Academicorum.

- 36a. Stahl, D.: Positiones. Haf. 1619  
 36b. " " Duodenarius " 1620  
 37. Neander, G.: Παράρτημα " 1621  
 38. " Chr.: Progr. 1622  
 39. Catalogus praelectionum Hal. 1769  
 40. Mejer, Gerh.: labori Hamb. 1697

41. Quitschreiber, G.: praeccepta. Jenae 1606  
 42. Weigel, E.: Methodus " 1673  
 43. Meditatio natalitia " 1735  
 44. Cellarius, L. F.: Quaestiones. " 1776  
 45. Schwarz, G.: prolegomena. Rintelii 1771  
 46. Quistorp, J. N.: Lutheranismus. 1704  
 47. Dannhauer, J. K.: Colluvies 1665



Aug VI 216  
 (11)











BIBL:  
HUNGARICA  
RALENSIS.





Scip

1. Bosa
2. Hill
- 3/4. J.
5. B.
- 6, 12.
- 7.
8. L.
9. P.
- 10/11. N.
- 12.
- 13.
- 14.
- 15-17.
18. J.
- 19-21.
22. T
- 22<sup>a</sup>
- 23/4.

5

LIBRARY  
UNIVERSITY OF  
SACSEN-ANHALT  
MAGDEBURG





OBSERVATIONVM NONNVLLARVM  
DE  
PATRVM GRAECORVM AVCTORITATE ET VSV  
IN CONSTITVENDA VERSIONVM GRAECARVM  
V. T. LECTIONE GENVINA

P A R S II.

Q V A A D

NATALE CHRISTI SACRVM

A. M D C C X C V I

IN ACADEMIA VITEBERGENSI

RELIGIOSE CELEBRANDVM

P V B L I C O N O M I N E

I N V I T A T

IOHANNES FRIEDERICVS SCHLEVSNER

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR, HVIVSQVE IN ACADEMIA VITE-  
BERGENSI PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS, CONSISTORII ECCLESIASTICI  
ASSESSOR, AEDI ARCIS ET ACADEMIAE PRAEPOSITVS, ORDINIS  
THEOLOGORVM H. T. DECANVS.

V I T E B E R G A E

L I T E R I S C H R I S T I A N I P H I L I P P I M E L T Z E R I .





CONSTITUTIONUM NOBILITATIS

DE

REIPUBLICAE ELECTORALIS SACRAE ROMANAE IMPERII

IN CONSTITUTIONE FERREAE DE 1791

U. S. P. A. C. H. S. I. O. N. I. S.

1791

1791

NATALIS CHRISTI SACRUM

A. M. D. C. C. C. C. I.

IN ACADEMIA VITTOBERGENSI

PROF. P. B. G. S. C. H. E. I. D. I.

FRID. LOO. W. O. M. E. R. S.

PROF.

IOHANNES FRIEDRICH SCHNEIDER

PROF. P. B. G. S. C. H. E. I. D. I.

FRID. LOO. W. O. M. E. R. S.

FRID. LOO. W. O. M. E. R. S.





OBSERVATIONVM NONNVLLARVM  
DE  
PATRVN GRAECORVM AVCTORITATE ET VSV  
IN CONSTITVENDA VERSIONVM GRAECARVM  
V. T. LECTIONE GENVINA

PARS II.

Superiore libello, quo de Patrum Graecorum auctoritate et usu in constituenda Versionum Graecarum V. T. lectione genuina observationes nonnullas proponere institimus, iusto idoneorum exemplorum numero docuisse videmur, textum authenticum et antiquum Patrum Graecorum, maxime in iis locis, quos e Scriptura Sacra adducere solent, e limpidis autographorum fontibus nec per librarios nec per editores fidos aequae ac peritos idonea cura ac diligentia semper in vulgares editiones derivatum esse, immo tanta interdum et editores et librarios in describendis Patrum libris usus esse licentia, ut allegationes locorum SS. in scriptis Patrum haud raro, maxime in pericopis verbosioribus sacri textus, admodum incertas et ambiguas reddiderint. Admodum autem a vero aberraret, qui has corruptiones textui Patrum Graecorum ab editoribus pariter ac librariis illatas omnem eorum usum et auctoritatem in emendandis et augendis Versionum Graecarum V. T. fragmentis tollere, contendere auderet. Etsi enim concedimus, a librariis ac editoribus nonnullis dicta quaedam SS. in Patrum Commentariis excitata ad textum codicum iuniorum, aut exemplaria typis iam edita immutata et reficta esse; non tamen omnes hoc nomine accusandos ac reprehendendos esse statui et evinci potest. Immo negari nequit, scripta Patrum Graecorum praestantissimorum inter recentiores haud paucos naeta esse editores, qui summa fide ac diligentia in excutiendis codicibus manuscriptis veteribus fuerint versati, locis librariorum imperitia et incuria corruptis medicinam





attulerint, ac ita iusta ac diligenti plurium codicum collatione effecerint, vt textus eorum graeci recensio perfecta ac omnibus numeris absoluta harum literarum studiosis exhiberetur. Nec alio consilio, quae superiore libello de hac re disputauimus, a nobis sunt proposita, quam vt omnes, qui Patrum Graecorum scriptis ad rem criticam Versionum Graecarum V. T. vti velint, moneremus, opus esse, vt optimae et praestantissimae Patrum editiones, eaeque lectionum variantium sylvula notisque ac prolegomenis criticis instructae, diligenter conferantur, quam in rem praecipuam utilitatem praestant editiones, quas Benedictinorum curae debemus. Nec sunt criteria sat multa atque luculenta, quorum ope textus graecus V. T. e codicibus iunioribus aut ex edito aliquo exemplo in Patrum scriptis a librariis ac editoribus substitutus, a textu graeco, quem Patres e codicibus suis descripserunt, discerni possit. Haud raro enim ex explicatione adiecta, aut consilio excitantis, et omni orationis serie, quam lectionem Patres graeci in codicibus suis inuenerint, diligens eorum lector coniectura facile assequi potest, vt vel ex exemplis apparet, quae in *Observationibus criticis in Versiones Graecas oraculorum Iesariae* (anno MDCCLXXXVIII Goettingae editis) p. 20 et sequ. et in aliis nostris eiusmodi libellis data occasione protulimus. Nec opus est, vt de his criteriis vberius iam exponamus, quum omnis haec materia iam occupata sit a S. V. Griesbachio in *Diss. de Codicibus Euangeliorum Origenianis* (Halaë 1771. 4.) pag. 36 seq. ad quam lectores lubenter remittimus.

Sed vsus Patrum Graecorum in constituenda Versionum Graecarum V. T. lectione genuina non hac vnica premitur difficultate, vt ante omnia quaerendum sit, qua fide editores et librarii vsi sint in commentariis Patris cuiusdam typis excusis. Eorum enim scripta etiam ideo non nisi summa cum cautione ac circumspectione ad amplificandos criticos sacrae fontes adhiberi possunt, quoniam constat, ipsos Patres antiquiores in allegandis singulis SS. locis interdum minus accuratos fuisse, et non solum inter legendum oculis et visu aut memoria deceptos ab originali scriptura aberrasse, sed etiam negligentia abreptos ac pro lubitu haud raro textum codicum graecorum V. T. quo utebantur, modo hac modo illa ratione immutasse. Huius eorum negligentiae in excipiendis SS. locis iam exempla idonea proferamus, ita, vt omnia, quae huc pertinent, ad certas classes reuocemus, atque rationem sequamur, quam



quam *Dan. Heinsius* in *Prolegomenis in Exercitationes sacras*, sed ratione librorum N. T. vnice habita, sequutus est. Iam vero dum hoc agimus, vt, quantum sibi Patres Graeci in adducendis aut citandis singulis SS. locis interdum permiserint, vberius ostendamus, non possumus plane silentio praeterire, quod saepius iam obseruatum fuit a Viris Doctis, *Patres, vel memoriter describentes vel paulo negligentiores, voces, quae prorsus idem valent, in earum, quae in textu sacro legebantur, locum interdum reposituisse.* Veritatem huius obseruationis a *Crojo* (in *Obseruationibus sacris et historicis* in N. T. cap. XVIII. p. 135) iam propositae, exempla satis euincunt, quae ex libellis obseruationum nostrarum, iam inde a longo tempore subsecutus horis e diligenti allegationum SS. in Patrum scriptis obuiarum collatione enatis, hac opportunitate oblata colligamus ac disponamus. Inter vocabula autem ταυτοδυναμῆντα in Patrum scriptis haud raro confusa ac permutata sequentia sunt prae caeteris obuia: Ἀναπαύομαι et Καθίζομαι. *Mich. IV. 14. καὶ ἀναπαύσεται ἕκαστος. Iustinus M. in Dial. c. Tryph. Iud. p. 203 καὶ καθίστηται ἀνήρ* — Ἀφρων et Μωρὸς. Ἀφροσύνη et Μωρία. *Prou. XXVI. 5. ἀλλὰ ἀποκρίθη ἄφρων κατὰ τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ. Clemens Alex. Stromat. L. V. p. 554. ἀποκρίθητε τῷ μωρῷ ἐκ τῆς μωρίας αὐτοῦ.* — Ἀποστέλλω et Ἐπιστέλλω. *Ezech. XXIV. 4. καὶ τὸ πλανώμενον ἐν ἀπεστέλλετε. Athanasius Alex. in Sermone de Fide p. 19. (T. II. Montfauconii Nouae Collectionis PP. Graecorum) καὶ τὸ πλανώμενον ἐν ἐπιστέλλετε.* Ex hoc loco Athanasii lectio codicis Alexandrini emendari facile potest. — Ἀπὸ et Ἐξ. *Micha V. 2. ἔξ ἡμερῶν αἰῶνος. Athanasius Alex. in eodem Sermone de Fide p. 17. ἀφ' ἡμερῶν αἰῶνος* — Ἀνὴρ et Ἀνθρώπος. *Prou. VIII. 32. μακάριος ἀνὴρ, ὃς ἐπαικάζεται με. Clemens Alex. Paedagog. Lib. II. p. 186. μακάριος ἄνθρωπος κ. τ. λ. Ionas IV. 11. ἀνθρώπων. Iustinus M. Dial. c. Tryph. Iudaeo p. 202 ἀνθρώπων, quam lectionem etiam editio Complutensis ruetur.* — Ἀνέω et Ἐάνω. *Psalm. CXLVIII. 3. Symmachus: ἀνῆτε. Theodoretus pag. 1577 ed. Halensis. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ὑμῆτε αὐτὸν πάντες ἀστέρες φωτὸς ἔτω καὶ οἱ ἄλλοι. Psalm. CL. 2. Symmachus ὑμῆτε. Theodoretus p. 1583 ἀνῆτε.* — Βλέπω et Ἐίδω. *Psalm. X. 11. τὲ μὴ βλέπεν. Eusebius in Commentario ad h. 1. τὲ μὴ εἶδεν.* — Δίδωμι et Τίθημι. *Ies. L. 6. τὸν νότον με ἔδωκα εἰς μάστιγας. Iustinus M. Apol. I. p. 66. τ. ν. μ. τέθεικα εἰς μάστιγας. Ezech. III. 17. σκοπὸν δέδωκα σε. Iustinus M. Dial. c. Tryph. Iud.*



*Iud.* p. 180. σκοπόν τίθειμα σε. — Διηγέομαι et Ἀπαγγέλλω. *Psalms*. XXI. 22. διηγήσομαι. *Eusebius* in *Commentario in Psalmos* p. 35. ἀπαγγελάω. — Διά et Ἐκ. *Ies.* XXVI. 18. διά τὸν Φόβον. *Eusebius* *ib.* p. 185. ἐκ τῶ Φόβου. — Διατίθημι et συντίθημι. *1 Sam.* XXXIII. 18. καὶ διέθεντο. *Eusebius* *l. l.* p. 220. καὶ συνέθεντο. — Ἐκγείρομαι et Ἀνίστημι. *Psalms*. III. 5. ἐξηγέρθη. *Iustinus M.* *Apol.* I. p. 66 ἀνέστη. Idem tamen in *Dialogo cum Tryphone Iudaeo* pag. 193 receptam lectionem ἐξηγέρθη tuetur. — Ἐυαγγελίζομαι et Ἀναγγέλλω. *Psalms*. XCV. 2. εὐαγγελίσετε. *Iustinus M.* *Apol.* I. p. 68 ἀναγγείλατε, sine dubio e commate sequente. — Ἐνώπιον et ἔμπροσθεν. *Ies.* I. 7 ἐνώπιον ὑμῶν. *Iustinus M.* *Apol.* I. p. 71 ἔμπροσθεν αὐτῶν. — Ἐν et Ἐπι. *Psalms*. XXXII. 2 ἐν τῷ κυρίῳ κ. τ. λ. *Eusebius* in *Commentario in Psalmos* ἐπὶ τῷ κυρίῳ. — Ἐπειδὴ et Ἄνθ' ὧν. *Prou.* I. 24 ἐπειδὴ ἐκάλεν. *Eusebius* *l. l.* pag. 307 ἀνθ' ὧν ἐκάλεν. — Ἐναντίον et Ἐναντι. *Genes.* XIX. 27 ἐναντίον κυρίου. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iudaeo*. p. 150 ἐναντι κυρίου, vt etiam legitur in editione Complutensi. Eadem lectionis varietas etiam reperitur in loco *Genes.* XVIII. 22, qui laudatur a *Iustino* *ib.* p. 153. — Ἐπειδὴν et Ἐπειδὴ. *Genes.* XIX. 19 ἐπειδὴν. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 153 ἐπειδὴ. — Ἐπὶ et Ἐis. *Genes.* XIX. 24 ἐπὶ Σόδομα. *Iustinus M.* *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 153. εἰς Σόδομα. *Prou.* II. 2. ἐπὶ νεθέρησιν. *Clemens Alex.* *Strom.* I. p. 270 εἰς νεθέρησιν. *Ies.* V. 6. εἰς αὐτὸν. *Eusebius* in *Commentario in Psalmos* p. 253 ἐπ' αὐτὸν. — Ἐἶδα et Ὁραώ. *Iosua* V. 13 ἔδεν ἀνθρώπων. *Iustinus M.* *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 159 ὅρα ἀνθρώπων. — Ἐναντίον et ἐνώπιον. *Ies.* LIII. 2 ἐναντίον αὐτῶ. *Iustinus M.* *Apol.* I. p. 72 ἐνώπιον αὐτῶ. *Psalms*. XLIX. 13 ἐναντίον. *Iustinus M.* *Dial. c. Tryph. Iud.* pag. 121 ἐνώπιον. Eadem permutatio vocum harum reperitur etiam in inscriptione *Psalms* XXXIII collata cum *Eusebii* *Commentario in Psalmos*. *Ies.* LIII. 2 ἀνηγγέλαμεν ὡς παιδίον ἐναντίον αὐτῶ. *Iustinus M.* *Apol.* II. p. 85 ἀνηγγέλαμεν ἐνώπιον αὐτῶ ὡς παιδίον. Sed pag. 230, vbi eundem locum laudat, habet lectionem ἐναντίον, quam omnes codices *Versionis Alexandrinae* tuentur. Adde etiam locum *Prou.* XI. 1 ἐνώπιον κυρίου collato *Clementis Alex.* *Strom.* II. p. 394 ἐναντι θεῶ. — Ἐσθω et Ἐσθίω. *Amos* VI, 4 ἔσθοντες. *Iustinus M.* *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 121 ἔσθοντες. — Ἐως et Μέχρι. *Malach.* I. 11 καὶ ἕως δυσμῶν. *Eusebius* in *Commentario in Psalmos* p. 108, 212 et 636. καὶ μέχρι δυσμῶν, vt etiam legitur in editione



tione Complutensi. — Ἐρχομαι et Ἦκω. Zach. IX. 9 ἰδὲ ὁ βασιλεὺς  
 ἔρχεται σοι. *Iustinus M.* Dial. c. Tryph. Iud. p. 149 ἰδὲ ὁ βασιλεὺς  
 σε ἴξει σοι. — Ἐισέρχομαι et Ἐισπορεύομαι. Prou. VI. 29 ἔγως ὁ  
 εἰσελθὼν πρὸς κ. τ. λ. Sed *Theophilus ad Autolyicum* Lib. III. p. 389  
 ἔγως ὁ εἰσπορεύμενος πρὸς κ. τ. ε. — Ἐισαπέω et Ἐπαπέω. Prou. VIII.  
 6 εἰσαπέσατε με. *Clemens Alex.* Paedag. I. p. 128 ἐπαπέσατε με. —  
 Θηρίον et Ζῶον. Daniel VII. 7 θηρίον τέταρτον. *Eusebius* in *Commentario*  
 in *Psalms* p. 16 ζῶον τέταρτον. — Θυμὸς et ὄργη. Daniel VIII. 6  
 ἐν θυμῷ ὄργης. *Chrysostomus ἐν ὄργῃ.* Vide notas ad *Chrysostomum* T. VI.  
 p. 242 et eruditissimi Medici *A. Heringae* *Observationes criticas* p. 54.  
 — Ἰδὲ et Ἰδὲ. Ies. LII. 13. ἰδὲ. *Iustinus M.* Apol. I. p. 72 ἰδὲ γάρ. —  
 Κύριος et Θεός. Psalm. XCV. 5 ὁ δὲ κύριος τὰς βραχὺς ἐποίησεν. *Iustinus*  
*M.* Apol. I. p. 68 ὁ δὲ θεὸς τὰς α. ε. Ierem. IV. 4 τῷ θεῷ ὑμῶν. Idem  
 in Dial. c. Tryph. Iud. pag. 126. τῷ κυρίῳ ὑμῶν. Genes. IX. 27 ὁ θεός.  
 Idem ibid. p. 230 ὁ κύριος. Prou. VIII. 26 κύριος. *Iustinus M.* l. I. p. 158  
 θεός. Psalm. XV. 2 κύριος με. *Eusebius* in *Commentario* in *Psalms* ad  
 h. I. θεός με. — Καταφύτεις et Καταφύτευμα. Ierem. XXXVIII.  
 22 εἰς καταφύτευσιν. Sed *Athanasius Alex.* in *Sermone de Fide* (p. 11  
 T. II. *Collectionis Nouae Patrum Graecorum* ed. *Montfaucon*) hunc lo-  
 cum ita laudans: ἱερεμίας εἶπεν κατὰ τὴν τῶν ὀϊσμηνευτῶν ἔκδοσιν, ha-  
 bet: εἰς καταφύτευμα. Confer *Spicilegium nostrum I. Lexici Bielliani*  
 p. 68 sequ. — Κατὰ πρόσωπον et Ἐνώπιον. Ierem. XLII. 19 κατὰ  
 πρόσωπον. *Athanasius Alex.* in *Sermone de patientia* p. 57. T. II. l. I.  
 ἐνώπιον. — Καρδία et Ψυχὴ. Prou. XXI. 1 καρδία. *Athenagoras* in *Le-*  
*gatione pro Christianis* p. 293 ψυχὴ. — Κατεσθίω et Φάγω. Ies. I. 7  
 κατεσθίσει αὐτήν. *Iustinus M.* Apol. I. p. 71 αὐτὴν φάγονται. — Κα-  
 κός et Πονηρός. Amos VI. 3 εἰς ἡμέραν κακῆν. *Iustinus M.* in Dial. cum  
 Tryph. Iud. pag. 121 εἰς ἡμέραν πονηρῶν. — Καθεύδω et Κοιμάομαι.  
 Amos VI. 4 οἱ καθεύδοντες. *Iustinus M.* l. I. p. 121 οἱ κοιμάμενοι. —  
 Λαλέω et Λέγω. Genes. XVIII. 33 λαλῶν τῷ Ἀβραάμ. *Iustinus M.*  
 Dial. c. Tryph. Iudaeo. p. 153 λέγων τῷ Ἀβραάμ. — Λίψ et Νότος.  
 Genes. XXVIII. 14 καὶ λίβα. *Iustinus M.* l. I. p. 156 καὶ νότον. —  
 Λαὸς et Γένος. Ies. LVIII. 1 καὶ ἀναγγεῖλόν τῷ λαῷ με κ. τ. λ. *Iusti-*  
*nus M.* l. I. p. 237 καὶ ἅ τῶ γένη με. Saepius autem vocabulum γένος  
 in versione Alexandrina hebraico כּוּחַ respondet, v. c. Genes. XXXIV. 16  
 coll. Esther II. 10. — Μέσον et Ἀγὰ μέσον. Daniel VIII. 5 μέσον τ. ο. α.  
Orige-



*Origenes* in Commentario in *Genesin* p. 6 ed. *Huetii ἀνὰ μέσον*. — *Μήποτε* et *Μή*. *Genes.* XIX. 19 *μήποτε*. *Iustinus M.* Dial. c. Tryph. Iudaeo p. 153 *μή*. — *Ὀδὸς* et *Ἀμφόδος*. *Ierem.* V. 1 *ἐν ταῖς ὁδοῖς*. *Eusebius* in Commentario in *Psalms* p. 179 *ἐν ταῖς ἀμφόδοις*. — *Ὅσις* et *Ὅ*. *Ion.* II. 11 *ὄτινες*. *Iustinus M.* Dial. c. Tryph. Iud. p. 202 *ὄ*. — *Ὀῖκος* et *Τόπος*. *Iud.* II. 6. secundum codicem Alexandrinum: *ἐκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ*. Sed *Theodoretus* Quaest. VII. *εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ*. — *Πλάσσα* et *Ποῖα*. *Genes.* II. 7 *καὶ ἐπλασεν*. *Iustinus M.* in *Cohortat. ad Graecos* p. 30 *καὶ ἐποίησεν*. — *Πραῦς* et *Πραός*. *Zach.* IX. 9 *πραῦς*. *Iustinus M.* *Apol.* I. p. 60 *πραός*. Idem in *Dialogo cum Tryphone Iudaeo* p. 135 *πραότητος* habet loco *πραύτητος*, quod legitur *Psalms*. XLIV. 4. — *Πρός* et *Ἐπί*. *Ies.* LXV. 2 *πρὸς λαὸν ἀπεθέντα*. *Iustinus M.* *Apol.* I. p. 65 et 66 *ἐπὶ λαὸν ἀπεθέντα*. 1 *Reg.* XIII. 2 *πρὸς τὸ θεο*. *Origenes* in Commentario in *Genesin* p. 5. ed. *Huet.* habet *ἐπὶ τὸ θεο*. consentientibus *Ald.* et *Complutensi*. — *Πρός* et *Παρά*. 1 *Sam.* XXII. 2 *πρὸς αὐτὸν*. *Eusebius* in Commentario in *Psalms* pag. 245 *παρ' αὐτῶ*. — *Πόνος* et *Μόχος*. In *Catena PP.* GG. T. I. p. 179, 188 et 200 pro voce *πόνον*, quae *Psalms*. IX. 14 in *Symmachi* reliquiis reperitur, legitur *μόχον*. — *Προσάγα* et *Προσφέρα*. *Malach.* I. 11 *προσάγετα*. *Iustinus M.* in *Dial.* c. Tryph. Iud. p. 126. et *Eusebius* in Comment. in *Psalms* pag. 108, 212 et 636 *προσφέρεται*. — *Ρομφαία* et *Μάχαιρα*. *Mich.* IV. 3 *ταῖς ρομφαίαις αὐτῶν*. *Iustinus M.* in *Dial.* c. Tryph. Iud. p. 203 *ταῖς μάχαιραις αὐτῶν*. Eandem ob causam paulo post *μάχαιραν* loco *ρομφαίαν* posuit. Eorundem vocabulorum permutatio reperitur quoque haud raro in *Codicibus MSS.* *Versionis Alexandrinae*, v. c. *Iud.* IX. 54, ubi loco *σπάσον τὴν ρομφαίαν με*, quod habet exemplar *Vaticanum Romae editum*, *MSS.* *Oxon.* et *Ed. Complutensis* habent *σπάσον τὴν μάχαιραν με*, ut etiam legitur teste *Grabio* in *Epistola ad Millium* p. 19 in *Colbert.* apud *Chrysostomum* (in *Sermone de vno legislatore* T. VI. p. 16) et *Suidam* (in voce *ἀβιμέλεχ*), quorum vero auctoritate post *τὴν μάχαιραν* rescribendum est *σε* secundum textum *hebraicum*. *Ierem.* XI. 21 loco *ἐν μάχαιρα* *Origenes* in Commentario p. 109 *ἐν ρομφαία* habet. — *Σύμπαν* et *Πάν*. *Cohel.* XII. 14 *σύμπαν*. *Eusebius* in Commentario in *Psalms* p. 11 *πάν*, vocabulum visitatus pro minus visitato substituit. — *Τέτρομα* et *Χαίρα* *Zach.* II. 10. *τέτρα*. *Iustinus M.* in *Dial.* c. Tryph. Iud. p. 208 *χαίρα*. — *Ἰπερόνω* et



et Ὑπεράνωθεν. Ezech. X, 19 ὑπεράνω. *Iustinus M.* in Cohortat. ad Graecos p. 30 ὑπεράνωθεν. — Ὑῖος et Νεανίσκος. Ies. IX, 6 υἱὸς καὶ. *Iustinus M.* Apol. I. p. 65 καὶ νεανίσκος. — Ὑπαρξίς et Κρήσις. Prou. XIII. 11 ὑπαρξίς. Sed *Clemens Alex.* Paedag. L. III. p. 261 κτήσις habet, quod eodem redit. — Ὑψώω et Ἐπαίρω. Psalm. XXXVI. 20 ὕψωθῆναι. *Eusebius* in Commentario ad h. l. ἔπαρθῆναι. — Ὑπὲρ et Περὶ. Ion. IV. 10 ὑπὲρ τῆς κολοκύνθης. *Iustinus M.* Dial. c. Tryph. Iud. p. 202 περὶ τῆς σικυῶνος. — Φοβέομαι et Τιμάω. Prou. XXIV. 21 φόβος τὸν θεόν. *Theophilus ad Autolyicum* Lib. I. p. 345 τίμα τὸν θεόν. — His, quae attulimus, exemplis, quae facile a nobis, si res postularet, augeri possent, satis euincitur, ut opinamur, Patres Graecos non solum verba similia et vnus eiusdemque significationis haud raro pro arbitrio posuisse, sed etiam memoriter describentes, saepius vocem aequipollente voce permutasse, adeoque etiam hanc ob causam non nisi caute ex eorum scriptis varias lectiones ad versiones Graecas colligendas esse. Sed et haec cautio certis limitibus circumscribenda est. Reperiuntur enim loca, ubi Patres de sensu tantum solliciti vocabula idem significantia permutasse quidem videntur, nihilominus tamen variam lectionem, diligenter inspectis codicibus manuscriptis, quibus utebantur, expresse- runt, qua etiam interdum ad emendam et corrigendam receptam textus nostri impressi lectionem tunc imprimis recte uti possumus, si aut propius ad textum hebraicum accedat, aut recepta sit difficilior, nec, cur Patres Graeci vulgarem lectionem inmutauerint, causa appareat vlla. Huc referendus fortasse est locus Prou. I. 18, ubi versio Alexandrinorum verborum hebraicorum: אהם לדמם יארבו in omnibus editionibus hoc modo exhibetur: αὐτοὶ γὰρ οἱ φόνοι μετέχοντες, sed *Clemens Alex.* Strom. III. p. 471 loco φόνοι, quod merum glossema esse videtur, αἰμάτων habet, quod propius ad textum hebraicum accedit.

Eadem vero licentia, qua Patres Graeci, ut vidimus, singula SS. loca adducunt, verba similia et vnus eiusdemque significationis pro arbitrio posuerunt, etiam, sed paulo rarius, in formulis loquendi similibus permutandis, vsi reperiuntur. Quo pertinent loca Zach. XIII. 9, ubi pro ἀνδρα πολίτην με *Iustinus M.* in Dial. c. Tryph. Iud. pag. 149 ἀνδρα τῆ λαῶ με habet, et paulo post formulam κύριος παντοκράτωρ cum formula κύριος τῶν δυνάμεων permutauit, qua etiam pro eadem



p. 208 locum Zach. II. 10 adducens vsus est; et 1 Sam. XXII. 2, ubi pro: καὶ πᾶς κατ᾽ ὄνομα ψυχῆ apud *Eusebium* in Commentario in Psalmos pag. 245 καὶ πᾶσα κατ᾽ ὄνομα ψυχῆ reperitur.

Nec possumus plane silentio praeterire, quod a re, quam hucusque tractauimus, minime est alienum, pro arbitrio interdum a Patribus Graecis commutatas esse vocum formas, numeros, casus, tempora, modos, voces simplices cum compositis et compositas cum simplicibus, compositarum item alias cum aliis, qua ratione in Codicibus N. T. a libratibus haud raro variatam esse lectionem, exemplis idoneis docuit *C. Bened. Michaelis* in *Tractatione Critica de variis lectionibus N. T. caute diiudicandis et colligendis* §. 6. Huic vero assertioni, vt, Patrum Graecorum ratione habita, fidem faciamus, singula, quae obseruauimus, selectis exemplis illustrabimus. Et quidem quod attinet commutationem pluralis numeri cum singulari ac vice versa, haecce inprimis proferre possumus memoratu digna exempla ex *Iustini M.* scriptis et *Eusebii* Commentario in Psalmos maxime desumpta. Ies. IX. 6 ἐπὶ τῷ ὄμω αὐτῆ. *Iustinus M.* in Apol. I. p. 65 omisso αὐτῆ habet ἐπὶ τῶν ὀμων. — Genes. I. 2 ὕδατος. Idem ibidem p. 78 τῶν ὑδάτων — Malach. I. 10 καὶ θυσίαν. Idem in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 126 et 210 τοῖς θυσίαις, vt etiam legitur apud *Eusebium* in Commentario in Psalmos p. 212. ed. *Montfauconii*. — Ibid. v. 11 ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου. *Iustinus M.* l. I. p. 126, 136 et 210 ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου. — Iosua V. 16 τὸ ὑπόδημα. Idem ibid. pag. 159 τὰ ὑπόδηματα — Psalm. LXXI, 3 ἀναλαβέτω — Idem p. 161 ἀναλαβέτωσαν. — Deut. XXXIII. 13 ἔρανῶ καὶ δρόσος. Idem p. 188 ἔρανῶν καὶ δρόσων. — Ies. LV. 12 τῶ ἀγγεῖ. Idem p. 232 τῶν ἀγγεῶν. — Thren. I. 16 ὁ ὀφθαλμὸς με κατήγαγεν. *Theodoretus* in Commentario ad h. l.: οἱ ὀφθαλμοὶ με κατήγαγον. — Psalm. XI 2 ἐλάλησεν. *Eusebius* in Commentario ad h. l. ἐλάλησαν. — Psalm. XVII. 33 ἐλάφη. *Eusebius* l. I. ἐλάφον. — Habac. III. 13 ὕδαρ πολὺ. *Eusebius* ibid. p. 193 ὕδατα πολλά. — Ezech. IX. 4 σημεῖον. *Eusebius* l. I. p. 277 τὰ σημεῖα. Quemadmodum vero in omnibus his allatis locis pluralis numerus singularis loco positus reperitur, ita e contrario pro plurali singularem numerum posuerunt, v. c. Ies. LVII. 1 ἴδετε. *Iustinus M.* Apol. I. p. 72 ἴδε. — Deut. XXXIII. 13 ἀβύσσων. Idem in Dialogo cum Tryphone Iudaeo p. 188 ἀβύσσοι. — Mich. IV. 1  
ἐπ'



ἐπ' ἑσχάτων τῶν ἡμερῶν. Idem ibidem p. 202 ἐπ' ἑσχάτε τῶν ἡμερῶν.  
 — Prou. VIII. 36 χάρις καὶ αἰκίητες. Idem ibidem p. 159 χάρις  
 καὶ αἰκίητον. Ibidem loco ὑπ' ἔρανον posuit ὑπ' ἔρανον, quae lectio  
 etiam in Codice Alexandrino reperitur. — Ies. LXIII. 2 τὰ ἐνδύματα.  
 Athanasius Alex. in Sermone de Fide p. 18. T. II. Nouae Collectionis  
 PP. GG. a Monifauonio editae τὸ ἐνδύμα. — Ezech. XVII. 12 τὸς  
 ἄρχοντας. Eusebius in Commentario in Psalmos p. 110 τὸν ἄρχοντα  
 — 1 Sam. XXI. 6 ἄρτοι. Eusebius l. l. p. 128 sequ. ἄρτος — Ies. V. 5  
 ἀνάβησονται. Eusebius l. l. p. 253 ἀναβήσεται habet, quemadmodum  
 etiam in sequentibus ἀκανθα loco ἀκανθα posuit. — Quo autem nu-  
 meros eodem quoque modo Patres Graeci singularum vocum casus,  
 tempora ac modos commutarunt. V. c. Deut. XXXIII. 14 γεννήματων.  
 Iustinus M. Dial. c. Tryph. Iud. p. 188 γεννήματα — Psalm II. 12  
 ἐπ' αὐτῷ. Idem in Apol. I. p. 66 ἐπ' αὐτόν. — Psalm VII. 18 ἐπ' ἐμοί.  
 Eusebius in Commentario ad h. l. ἐπ' ἐμε. — Ibid. XXXI. 6 πρὸς σε.  
 Eusebius l. l. πρὸς σοι. — Genes. XVIII. 1 ἐπὶ τῆς θύρας. Iustinus M.  
 Dial. cum Tryph. Iud. p. 150 ἐπὶ τῇ θύρᾳ — Psalm. XVIII. 13 τῆ δόξῃ.  
 Eusebius in Commentario ad h. l. τῷ δόξῃ. — Iesaias XXXIII. 15. Iusti-  
 nus M. in Dial. cum Tryph. Iud. p. 296 perperam substituit acculati-  
 vos πορευόμενον, λαλῶντα, ἀφασίωμενον pro nominatiuis πορευόμενος,  
 λαλῶν, ἀποσεύμενος habet. Confer Ioh. Ern. Grabii Dissertationem  
 de variis vitii LXX Interpretum versioni ante B. Origenis aeuum illatis  
 pag. 44. — Genes. XXVIII. 13 ἐπ' αὐτῆς. Iustinus M. l. l. pag. 156  
 ἐπ' αὐτήν. — Psalm. XVII. 6 Φωνῆς με. Eusebius in Commentario ad  
 h. l. τὴν Φωνὴν με. — Nec desunt alia loca, quibus commuta-  
 tio temporum ac modorum, in Patrum scriptis haud raro obuia,  
 demonstrari potest. Sic v. c. Ierem. IV. 4 pro περιμήθητε Iustinus  
 M. Dial. c. Tryph. Iud. p. 126 περιέμετε, et ibidem p. 203 θῆσω pro  
 θήσομαι posuit, quod legitur Micha IV. 7. — Psalm. XXI. 13 ἠνείξαν.  
 Eusebius in Commentario ad h. l. ἠνείξαντο. — Ib. v. 18 διμερίσαντο.  
 Eusebius l. l. διμερίσαν — Psalm. XXVI. 6 ἄσσομαι. Eusebius l. l. ἄσσω.  
 — Ezech. XXXIV. 4 πλανώμενον. Athanasius Alex. in Sermone de Fide  
 (T. II. p. 19 Monifauonii Nouae Collectionis PP. GG.) πεπλαημέ-  
 νον. — Ierem. XLII. 19 εἰ μὴ ἐκλείπη. Athanasius in Sermone de pa-  
 tientia, ib. p. 57 εἰ ἐκλείψῃ. — Ierem. IX 1 τις δώσει. Athanasius  
 ibid. pag. 61 τις δώη. Eadem lectionis diuersitas et reperitur in Eius-  
 dem



dem Commentario in Canticum ibidem p. 49, vbi loco δώσε Pfalm. XXXIV. 6 δάη posuit, et in ipsis Versionis Alexandrinae exemplaribus. Jerem. IX. 2, vbi pro δάη in Ald. et Compl. δώσε legitur. — Pfalm XIX. 2 ἀντιλάβοιτο σε. *Eusebius* in Commentario ad h. l. ἀντιλάβοιο — Pfalm. XXXV. 11 δύνωνται. *Eusebius* l. l. δυνήσονται. — Prou. IX. 5 ἐκέραισα. *Origenes* Homil. XII. in Jerem. p. 118 κενέραισα, vt etiam in Aldino legitur, sed paulo post, et quidem in eadem pagina, recepta lectione ἐκέραισα vltus est *Origenes*. — Pfalm. LXXI. 2 κρῖνειν. *Iustinus M.* in Dial. c. Tryph. Iud. p. 161 κρῖνεί. — Prou. XIII. 24 ὅς Φεῖδεται τῆς βακτηρίας, μισεῖ τὸν υἱὸν αὐτῆς. Sed *Clemens Alex.* Paedagog. Lib. III. p. 262 ὁ γὰρ Φεῖδομενος τῆς βακτηρίας ἑαυτῆς, μισεῖ τὸν ἑαυτῆς υἱόν. — Ezech. XX. 20 ἔσω. *Iustinus M.* in Dial. c. Tryph. Iud. p. 121 ἔσω. et ibidem p. 171 σαλευθήσεται pro σαλευθῆτω positum reperitur, quod legitur Pfalm. XCV. 11. — Pfalm. XLIX. 7 διαμαρτυρομαι. *Iustinus M.* l. l. p. 122 sine dubio antecedente λαλήσω deceptus, διαμαρτυροῦμαι posuit. — Malach. I. 10 εἰ προσδέξομαι. *Iustinus M.* l. l. p. 126 εἰ προσδέχομαι habet, sed p. 137 et 210 προσδέχομαι posuit. — Genes. XVIII. 14 ἀδυνατήσε. *Iustinus M.* l. l. p. 153 ἀδυνατῆς, vt etiam legitur in MS. A. et Ald. Ibidem quoque ἀναστρέψω loco ἀναστρέψω reperitur. Genes. XIX. 19 δυνήσομαι. *Iustinus M.* l. l. δύναμαι. — Prou. VIII. 32 φυλάξαι. *Clemens Alex.* Paedagog. Lib. II. p. 186 φυλάσσει. — Prou. VIII. 35 ἐτοιμάζεται. *Iustinus M.* Dial. c. Tryph. Iud. p. 159 ἠτοίμασαι. — Prou. III. 14 ἐμπορεύσεται. *Clemens Alex.* Paedagog. l. II. pag. 212 ἐμπορεύθῆναι. — — Restat, vt etiam exempla nonnulla proferamus, e quibus apparet, fuisse hanc quoque Patrum Graecorum consuetudinem, vt voces simplices cum compositis et compositas cum simplicibus, compositarum item alias cum aliis commutarent. Sunt autem haec fere, quae collegimus, et quidem primo verborum et vocabulorum simplicium in composita mutatorum. Ies. IX. 6 ἐδόθη ἡμῖν. *Iustinus M.* Apol. I. pag. 65 ἡμῖν ἀπέδοθη. — Genes. XIX. 22 ἐλθῆν. *Iustinus M.* l. l. pag. 153 εἰσελθῆν. — Ies. LI. 17 πτώσεως. *Eusebius* in Commentario in Psalmos pag. 43. εἰσπτώσεως. — Pfalm. XXXVII. 7 ἐπλήσθη. *Eusebius* in Commentario ad h. l. ἐνεπλήσθη. — Daniel XII. 2. Loco ἀναστήσονται Cod. Theodot. Alex. ἐγερθήσονται, sed Cod. Vat. Chif. *Theodoretus* et *Cyrillus Hierosolymitanus* p. 233 ἐξεγερθήσονται habent. — Prou. IV. 8



καὶ ὑψώσει σε. *Clemens Alex.* Strom. I. pag. 282 καὶ ὑπερυψώσει σε. Confer etiam *Theodoretus* Commentarios ad Thren. III. 43. Hof. I. 10. In aliis vero locis *verba simplicia loco compositorum* posuisse reperiuntur: v. c. Genes. XIX. 20 διασωθήσομαι. *Iustinus M.* Dial. c. Tryph. Iud. p. 153 σωθήσομαι, vt et legitur in MS. A. et Complutensi. — Genes. XXVIII. 13 ἐπεθήρηκτο. Idem ib. p. 156 ἐθήρηκτο. — Zach. III. 11 ἐξαπέβαλκε. Idem l. l. p. 208 ἀπέβαλκε, quam lectionem etiam habet codex Alexandrinus. — Ies. LV. 3 εἰσακέσατε. Idem l. l. p. 229 ἀκέσατε. — Mich. IV. 3 ἐξελέγξει. Idem ib. p. 203 ἐλέγξει cum Alex. et Compl., quemadmodum etiam in Apol. I. p. 66 ἐλέγξει posuit pro ἐξελέγξει, quod legitur apud Iesaiam II. 4. — Thren. III. 43. Loco ἐπισκέπασας Alexandrinorum *Theodoretus* in Commentario ad h. l. ἐσκέπασας, et ibid. IV. 17 σκοπῶντων loco ἀποσκοπεύοντων posuit. — Ierem. XXXI. 32. ἀποκλάυσου σοί. *Athanasius Alex.* in Ser-mone de Patientia (T. II. Collectionis Nouae PP. GG. p. 61.) κλάυσομαι σε. — Daniel IX. 24 συντελεσθήναι. *Theodoretus* τελεσθήναι. Conf. Cl. *Segaar* animaduersiones ad h. l. p. 53. — Daniel XII. 9. Codex *Chistianus* ἐκπυρωθῶσι. *Theodoretus*: πυρωθῶσι. — Quod denique attinet ad ipsas voces compositoras, quas Patres Graeci cum aliis compositoris, sed eiusdem fere significationis, commutare solent, haecce tantum exempla obseruauimus ac collegimus. Deut. XXXI. 16. καταλέψου. *Iustinus M.* Dial. c. Tryph. Iud. p. 172 ἐγκαταλέψου. — Mich. IV. 3. κατακόψου τὰς ῥομφαίας. *Iustinus M.* l. l. p. 203 συγκόψου τὰς μάχαιρας. — Daniel VII. 19 τῆ διαφθέρουτος. Idem καταφθέρουτος. Confer *Segaar* animaduersiones ad Danielem secundum Codicem Chistianum p. 38. — Prou. VIII. 6 εἰσακέσατε. *Clemens Alex.* Paedag. I. pag. 128. ἐπακέσατε. — Thren. III. 43 loco ἀπεθιώξας *Theodoretus*, in Commentario ad h. l. κατεθιώξας habet, et statim in sequentibus pro ἐπεσκέπασας v. 44. ἀπεσκέπασας posuit.

Ad hanc vero disputationem, quam hucusque de licentia, qua Patres Graeci haud raro in permutandis vocabulis ac loquendi formulis similibus et vnus eiusdemque significationis et commutandis vocum formis, numeris, casibus, temporibus ac modis, substituendis denique vocibus compositoris loco simplicium et vice versa, vsi reperiuntur, institui-mus, pertinet etiam illud genus variarum lectionum, cuius origo non repe-tenda



tenda est e codicibus, quibus utebantur, a nostris diuersis, sed potius ortum ex eo, quod Patres graeci, loca SS. adducentes, *de ordine verborum parum solliciti seriem sententiarum haud raro ita inuerterunt*, ut appareat, eos textum graecum, quo utebantur, nec diligenter inspexisse, nec accurate descripsisse. Haec vero obseruatio non solum ad libros asceticos Patrum adhuc superflites pertinet, v. c. Homilias ac Orationes ad Populum, in quibus loca SS. obiter tantum commemorantur et crebro memoriter, adeoque sine omni deprauatione recitata esse iure profecto expectari haud potest, sed etiam valet de Commentariis aliisque libris maiore cum cura ac diligentia scriptis. Cui assertioni nostrae fidem faciamus indubiam, simulque doceamus, quibus praeceptis ac cautionibus vsus Patrum Graecorum in restituenda lectione vera Versio- num Graecarum V. T. sit regendus, etiam hanc rem exemplis nonnullis illustrabimus. Sic v. c. apud Ezechielem XX. 38 in versione Alexandrinorum leguntur haec verba: *καὶ ἐκλέξω ἐξ ὑμῶν τὸς ἀσεβεῖς καὶ τὸς ἀφροσύνας*, quem locum *Eusebius* in *Praeparatione Evangelica* lib. II. c. 4 data occasione adducens, posteriora verba ita transposuit: *τὸς ἀφροσύνας καὶ τὸς ἀσεβεῖς*. — Daniel VII. 10 *χιλίας χιλιάδες ἐλειτέρον αὐτῶ, καὶ μύρια μυριάδες παρεσθήκασιν αὐτῶ*. Sed *Clemens Rom.* Ep. I. §. 4 habet: *μύρια μυριάδες παρεσθήκασιν αὐτῶ, καὶ χιλίας χιλιάδες ἐλειτέρον αὐτῶ*. *Origenes* autem in *Opp. T. I.* pag. 767 ab initio posuit: *χιλίας χιλιάδες παρεσθήκασιν αὐτῶ, καὶ μύρια μυριάδες ἐλειτέρον αὐτῶ*. — *Prou.* VIII. 24 *πρὸ τῆ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων*. *Iustinus M.* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 158 *πρὸ τῆ τὰς πηγὰς προελθεῖν τῶν ὑδάτων*. — *Ies.* I. 18 *ὡς χιονὶ λευκανῶ — ὡς ἔριον λευκανῶ*. *Iustinus M.* *Apol. I.* p. 69 *ὡς ἔριον λευκανῶ — ὡς χιονὶ λευκανῶ*. — *Ies.* LII. 13 *ἐπὶ σε πολλοὶ*. *Iustinus M.* *Apol. I.* p. 72 *πολλοὶ ἐπὶ σε*. — *Ibid.* LIII. 5. *αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν*. In textu vero graeco *Iustini M.* l. I. p. 72 *ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν*. — *Psal.* XIII. 3 *τάφος ἀνεωγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολίψαν*. *Iustinus M.* *Dial. cum Tryph. Iud.* p. 125 *ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολίψαν, τάφος ἀνεωγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν*. — *Genes.* XXXI. 13 *ἀνάστηθι καὶ ἔξελθε*. *Idem* ibidem p. 155 *ἔξελθε καὶ ἀνάστηθι*. — *Ies.* LXVI. 1. *Clemens Alex. Strom. Lib. V.* p. 584 *ποιὸν οἶκον οἰκοδομήσετε μοι, λέγει κύριος, ὁ θεός*.



ἰσχυρὸς μοι ὁ Θεός κ. τ. ε. Ita etiam legitur apud *Iustinum M.* in Apol. I. p. 66. — Psalm. XXXVIII. 10. ἀπὸ τῆς ἰσχύος τῆς χειρὸς σε. *Eusebius* in Commentario ad h.l. ἀπὸ γὰρ τῆς χειρὸς τῆς ἰσχύος σε. — Thren. I. 1. μετὰ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι τὴν Ἰσραήλ, καὶ Ἱερουσαλήμ ἐρημωθῆναι. *Athanasius Alex.* Serm. de Patientia T. II. p. 61. (Collectionis Nouae Patrum Graecorum ed. *Montfauconii*) μετὰ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι τὴν Ἱερουσαλήμ, καὶ Ἰσραήλ ἐρημωθῆναι. — Daniel X. 4. τῇ ἡμέρᾳ τετάρτῃ καὶ εἰκάδι. *Theodoretus* p. 1258. ἐν ἡμέρᾳ εἰκάδι καὶ τετάρτῃ. Alia exempla, e quibus luculenter apparet, ordinem verborum ac seriem sententiarum in locis SS. singulis a Patribus Graecis haud raro inuersum ac immutatum esse, collegit *Grabius* partim in *Epistola ad Millium* p. 6, 12, 13, 16, 37, partim vero in *Dissertatione de Vitiis* etc. supra laudata p. 34 sequ. cum quibus conferri possunt, quae de hac re, sed librorum ac codicum N. T. ratione tantum habita, *Heinsius* in Prolegomenis p. 11. *Michaelis* in tractatu de variis lectionibus N. T. p. 22. *Crojus* in Observationibus supra laudatis cap. XXIV. pag. 190 sequ. *Celeb. Matthaei* denique in notis criticis ad 1 Cor. X. 10, XIII. 7. XV. 55. obseruarunt.

Sed iam veniendum est ad id, cuius causa breuis haec a nobis est ex more et instituto Academiae praemissa disputatio, Vosque compellendi estis, *Ciues* carissimi ac doctissimi, ad quos proprie hic libellus noster pertinet. Iterum enim illuxit nobis dies, quo religiose a nobis coli solet natiuitatis I. C. optimi nostri ac sapientissimi magistri, nostraeque salutis perpetui auctoris, grata memoria, qui non potest non esse omnibus, qui veri eius discipuli et sectatores non solum dici et haberi, sed etiam esse factisque probari volunt, quam laetissimus et auspiciatissimus. Vt igitur hunc diem religiosissime, vt decet, celebretis, et ad orationes sacras in templo nostro habendas modesti et frequentes conueniatis auditores, serio Vos admonemus et hortamur.

P. P. Fer. I. Natiuitatis Christi MDCCXCVI.







VI 216

5. + 24. 8h 2:00

23 = z.

39 = t.



TR. → 0-


vd 18

VD 17

04. 200 n. 6cl,









OBSERVATIONVM NONNVLLARVM

DE

PATRV M GRAECORVM AVCTORITATE ET VSV  
IN CONSTITVENDA VERSIONVM GRAECARVM

V. T. LECTIONE GENVINA

P A R S II.

Q V A A D

NATALE CHRISTI SACRVM

I

RGENSI

N E

CHLEVSNER

E IN ACADEMIA VITE-  
HISTORII ECCLESIASTICI  
EPOSITVS, ORDINIS  
VS.

MELTZERI.

